regendis populis praefecisti ad eorum societatem
et operis adiumentum sequentis ordinis ui
ros et secundae dignitatis elegisti;
Sic in heremo per septuaginta virorum prudentium men
tes moysi spiritum propagasti quibus ille adiuto
ribus usus in populo innumeras multitudines
facile gubernavit. Sic et in eleazaro et itha
mar filiis aaron paternae plenitudinis abun
dantiam transfudisti ut ad hostias saluta
ris et frequentioris officii sacramentum suf
ficeret meritum sacerdotum. Hac providentia domine
et apostolis filii tui doctores fidei comites ad
didisti quibus illi orbem totum secundis praedica
toribus impleverunt. Quapropter infirmitati
quoque nostrae domine quaesumus haec adiumenta largire qui
quanto magis fragiliores sumus tanto his plu
ribus indigemus. Da quaesumus omnipotens pater in hos famulos
tuos presbiterii dignitatem innova in visceribus eorum
spiritum sanctitatis ut acceptum a te deus secundi meriti